

Johann Nicolaus Quistorp

Programma Quo Rector Academiæ Rostochiensis Johannes Nicolaus Qvistorpius. Th. D. Et P. P. Ad Div. Nicol. Past. & R. Ministerii Superintendens. Ad Exeqvias Quas Matronæ ... Elisabethæ Krügers/ Viri ... Dn. Michaelis Cobabi ... Relictæ Viduæ Liberi Mæstissimi Hodierno Die Paratas Cupiunt Omnes & singulos Universitatis hujus Cives, atq[ue] Fautores ... invitat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus die XX. Decembr. Anno 1703]


Rostochii: Weplingius, [1703]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74699897X>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J. N.
in
E. Krüger,
uxor. M. Cobabi.
Rostock, 1703.





70.

50.

PROGRAMMA

QVO

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

JOHANNES NICOLAUS
QVISTORPIUS.

TH. D. ET P. P. AD DIV. NICOL. PAST. & R.
MINISTERII SUPERINTENDENS.

AD EXEQVIAS

QVAS

MATRONÆ NOBILISSIMÆ, atq; HONESTISSIMÆ

ELISABETHÆ

Frügers /

VIRI MAXIME REVERENDI atq; EXCELLENTISSIMI

DN. MICHAELIS

COBABI


P. P. AC SENIORIS FACULT. THEOL. P. M.

RELICTÆ VIDUÆ

LIBERI MÆSTISSIMI

HODIERNO DIE PARATAS CUPIUNT

Omnes & singulos Universitatis hujus Cives, atq; Fautores, ea
quafas est humanitate, peramanter invitat.



ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingii, SER, PRINC. & Acad. Typogr.

25.



IOHANNES NICOLAUS
OVISTORIUS.



Femina etiam iusta fa-

cienda esse, nemo opinor inficias ibit, qui eas & homines, & Spiritus S. templa esse, & in hominis procreatione simili naturæ officio fungi, & ad regni Cœlestis hæreditatem, non minus, quam mares pertinere; partim ex libro scripturæ; partim naturæ didicit. Merito E. conservanda & ad posteritatem transmittenda est memoria

Matronæ primariæ, Optimorum Virorum Conjugis, & splendidissimorum Filiorum; Filiaque providæ Matris Dominæ ELISABETHÆ *Ritgers*/ Viri Maxime Reverendi, atq; Excellentissimi DN. MICHAELIS COBABI, Theol. Doct. ejusdemque P. P. ac Facultatis Theologicæ & Amplissimi Collegii Senatorii Senioris gravissimi, nostri in officio Professorio Antecessoris, & olim Præceptoris Estimatissimi ultimò Viduæ. Meretur ut piè demortuam non maledictorum Felle, aut pipulo diffundamus, quod fit ab iis, qui memoriam mortuorum injustè vellicant, lingua laces sunt, aliisque dicendis non dicendis, modis, tractant, qui vita functorum fortunæ morbis, morti, signis, monumentis in lultant; sicut in ANDOCIDIS statuam quemdam insiluisse, & alium quemdam *Niconis Ithasi* simulacrum sustibus cecidisse, utrumque tamen debitas petulantia & malitiæ lux pœnas dedisse, memoriæ est proditum. Sed *Democrisis* Melle iusta solvamus, *Democrisis* autem voluit Mortuos in melle affer-

vari

vari, hoc est, ut nonnulli interpretantur, externum sepulturæ hono-
rem, quem, formicas rationis expertes quædantenus æmulari (dum
mortuos in granorum folliculis condunt, & in conclavis sui cœna-
culo uno reponunt: cum in altero morentur & edant. In tertio
cibos suos conservent,) naturæ Consulti tradunt, illis impertire,
nec exequiales deductiones, cantiones, Programmata, Carmina,
invidere: nec quovis modo eos decolorare: Sed post mortem,
etiam solemnitate honestare, memoriam eorum cum Charitate
aliqua, & benevolentia usurpare, nec vel verbo, vel facto Manes
illorum sollicitare; sed in amore, quo vivos prosequeremur per-
severare. Quod admonere etiam veteres voluisse, nobis videntur,
quando non integras ac solidas glebas, quibus alii alios se in vi-
cem læsuos petunt, sed tutum ac minutum pulverem mortuis inji-
ciebant. Eodem pertinet, quod & apud Græcos invaluit, & Ro-
manos, ut in laudem defunctorum virorum Orationes exequiales,
quarum locum INTIMATIONES solennes jam supplent, habe-
rentur. Cujus rei Origo Romanis, an Græcis accepta ferenda, & apud
utros in usum fuerit, primum graviter disputat *Dionysius Halicarnas-
sæus*: Sed & mox quæstione, in medio relicta, morem pero-
randi apud Romanos longe præclarius, quam apud Græcos
constitutum fuisse docet. Quod ita, Græci, & in his Maxime Athe-
nienses eos saltem, qui in bello cæsi sepulturæ mandabantur, pro-
concione laudandos, atque ita ex una tantum virtute, quæ in morte
apparuit, Viros bonos spectandos esse judicarunt. Romani contra
non solum iis, qui in bello cecidissent, sed etiam aliis, quemcumque illi
finem vitæ sortiti fuissent, hunc honorem habere voluerunt, rati id
quod res est, non ob bellicam solam virtutem, & mortem per vul-
nera appetitam; sed etiam ob virtutes togatas & in pace utiles, a-
liaque in Rempublicam merita, Viris bonis laudes debere. Proce-
dente tempore & MATRONE, postquam sc: aurum ad liberandum à
Gallis Romam, ut *Plutarchus* scribit, vel mundum suum ad donarium
Delphico Apollini faciendum contulerunt, hic honor additus fuit; ut
earum non minus quam virorum post mortem sollemnis laudatio
esset. Sed potius nos attendimus rationem justorum optimarum

Feminarum & MATRONARUM ex libro scripturæ & naturæ pietatis, & hæc, & quæ in hancrem faciliè coacervari possent plurima alia, suo loco reservabimus. Pie defunctam ergo nostram **MATRONAM** quod attinet, nata illa est superioris seculi Anno XVIII. sive Anno M. DC. XVIII, Mense Februario in Ducali domo *Neocaldensi*, Patre Viro Spectatissimo **PETRO KRUGERN**, primo Cive apud Gultrovienses primario & honorato, post Ducali *Præfecto* districtus *Neocaldensis*, dein & iussu ac mandato Serenissimi & optimæ memoriæ Principis **HANS ALBRECHTEN**, Ducis Megapolensis gloriosissimi, *IVENACENSIS* districtus itidem *Præfecto* fidelissimo, Viro antiquâ virtute & fide, Matre verò foemina lectissima, omnium matronalium virtutum ornamentis conspicua **ILSABE HASEN** ex Amplissima & insigni quondam familia Ducalis Civitatis Gultroviensis orta. Hac in familia, his Parentibus nata nostra pie defuncta non potuit pietatis & morum optimorum succum cum lacte Materno non imbibere, & in officinis pietatis postea magis magisque imbui, & preparari. At in prima juventute Beata nostra experta est, verissima esse verba Pauli in Epistol. ad Hebræos Cap. 11. v. 14. *Nobis non est Civitas quæ permaneat hic.* Cum enim, pie defunctæ providus Patris negotiorum causa *Serassundum* Anno 1627. tenderet, irruerunt in eum multi ex vires Cæsarei, qui spoliaverunt, ac percusserunt laudatâ Virg. Seminecatus ergo ad Rostetum nostrum deportatus est, ut vulneribus infectis medeatur; vis vulnerum ita tamen invaluit, ut omnem Medicinam adhibitam eluserit, & victoriam præterlapsis aliquot mensibus reportaverit, ac superaverit, & vitam miseriarum plenâ privaverit injustè vulneratum, ac, ut in illam transiret vitam effectit, ubi à vulnerum, morborum omnium & ærumnarum insuetu liberatus, Beatorum mistus coetui nunquam desiturus carpit gaudia: Vidua sic facta pientissima t. t. **ILSABE HASEN**, Matre B. N. Matronæ, omni Martis rabie in totam nostram Provinciam se effundente, cujus non finis fuit vitus, & Rostochium ipsa se cum Liberis suis contulit, mittens Oeconomiam *Jwenacensem* molestissimâ, ac sperans meliora tempora, pessima autem pro dolor, fuere subsecuta, orbata hic fuit omnibus suis liberis, exceptâ unica hacce nostra inter omnes liberos natu minimâ, quam, proba Mater à tenera ætate in timore

timore Domini educavit, eidemq; animi, succurrente DEI gratiâ virtutes
præcipuè comparavit, quibus illa inter alias Virgines fulgens, postquam
Nubiles implevit annos, Procos viros Præcellentes sibi conciliavit. In-
ter quos Vir Prænobilissimus atq; Consultissimus Dn. JOHANNES
NEUBAUR, J. U. D. & Causarum Patronus dexterrimus atqve fe-
licissimus Bam castè ambiit Anno 1640. & exambiit, cum eâque in
conjugio tranquillo vixit; sic ut illis nunquam necesse fuerit Templum
Deæ *Viriplacæ* accedere, in quo Romæ olim Vir & Uxor disiden-
tes convenire & in gratiam æqvissimis animis redire solebant.
Neque verò tranquillam tantum & svavibus svavationibus refer-
tum, sed etiam fecundum inter hos Conjuges fuit Conjugium:
aucti enim fuere, divinâ benedictione, tum opibus splendidis, tum,
quod longè præstantius & Optabilius filiis tribus, & duabus filiabus. Ex
ex filiis quidem unus, ac filiabus, duæ in tenella ætate ad plures &
meliores abiere. Hodie verò per DEI gratiam ex Optimis filiis super-
est, Vir Prænobilissimus, Consultissimus, & Præcellentissimus Do-
minus JOHANNES ANDREAS NEUBAUR, Juris Consultus fa-
migeratissimus, Amicus noster æstumatissimus, quem novem libe-
rorum vidit Parentem ex Nobilissima sua KLATTENIA Uxo-
re conjunctissima, è quibus nepotes tres CHRISTIAN ADOLPH,
ANDREAS & JOACHIMUS defuncti. FRIDERICH CHRISTO-
PHORUS autem S. S. Theol. Studiosus haud personatus hodie in
Celeberrima Lipsiensium Academiâ degens, Vir Juvenis maximæ
spei. Neptis Optima & Fœmina omni ornamentorum, quæ sexum
istum condecorant genere, cultissima ELISABETHA SOPHIA,
quæ Viro Præcellentissimo, ac Clarissimo Domino GEORGIO
RAPHEL, Philosoph. Magistro fulgidissimo, & Illustris Gymnasii
Luneburgensis Con- Rectori fidelissimo, Amico nostro certissimo
nupsit. JOHANNES PETRUS optimæ spei juvenis, Elegantissima,
& MARIA CATHARINA Virgo corporis, animiq; dotibus præstan-
tissima, nec non CHRISTIANUS HENRICUS, & DAVID.
ANTHONIUS in prima ætate Constituti, per D. G. supersunt. Ex
filiabus superstitem novimus Fœminam Nobilissimam & Pientissi-
mam ELISABETHAM, quæ Viro Prænobilissimo Consultissimo, atq;
Ampliss.


Amplissimo DN. CHRISTIANO Schröderi / J. U. D. & Con-
 siliario Mecklenburgico p.m. Copulata fuit, hodie vidua moestissima;
 Ex quâ de tribus neptibus sibi adhuc viva gratulata est, B. N. qua-
 rum natu maxima Nitidissima ELISABETHA, annum ætatis agens
 XX. & minima elegantissima CHRISTINA in flore existens mundo
 è miseriarum vallo discedentes, valedixerunt. Media splendidissima
 ANNA, per D. G. superstes cum Matre sua devotissima hodie de-
 plorat obitum Optimæ Avix. Filius Nobilissimus quondam & eru-
 ditissimus Dn. CHRISTOPHORUS NIEBAUR, Serenissimi Regen-
 tis Dni. Dni. CHRISTIANI EBERHARDTEN, Principis Orienta-
 lis FRISIÆ &c. &c. in prima juventute in illustri literatura Infor-
 mator, sequentibus autem temporibus Illustrissimæ ac Gratiouissimæ
 Dnæ. Dnæ. CHRISTINÆ CHARLOTTÆ t. t. Regentis Principis
 viduæ Secretarius Intimi Consilii, Vir singularis eruditionis & mul-
 tæ experientiæ aulicæ, Amicus noster olim jucundissimus, Flos hic
 tam Viridis tamq; delectabilis exaruit in Ducali sede Auriaca Ao. ætatis
 suæ XXX. Christi A. 1679. Mens. Octobr. Exhorruit ad tam inopinatam fati
 vim *Μακαρις* nostra; Verum probe novit omnia DEO T. O. M.
 esse committenda, hinc etiam se submitit voluntati Benignissimi Pa-
 tris, à quo nil nisi bona expectare habeamus: Cum & DEO rerum
 Cunctarum gubernatori sapientissimo ita visum fuit, Virum quondam
 Consulissimum JOHANNEM NEUBAUERN, J. U. D. Celeberrim-
 um primum maritum rebus humanis eximere, Beata nostra ad
 secunda vota transiens Maxime Reverendo & Excellentissimo
 Dn. MICHAELI COBABO S. S. Th. D. ejusdemq; P. P. ac Fa-
 cult. Theol. & Amplif. Collegii Senatorii Seniori gravissimo,
 Orthodoxiæ Defensori strenuo & fidelissimo Anno 1684. nupsit, ac in
 matrimonio cum laudato ad Annum 1686. ultimis imprimis annis placide
 vixit. Defuncto autem supra Citato Pio Marito, toto viduitatis
 tempore eas sectata est virrutes, quæ non domesticam solum & vi-
 duam, sed omnem ornant plane vitam; pietatem non in labris, mul-
 torum more circumferebat, sed imis animi penetrabilibus infixam æ-
 ctionibus piis, & usurpatione sanctorum munus, quoridie ex-
 primebat, quæ Matronales animi dotes in pectore piè defunctæ pe-
 culiare

Tularē sibi metatē erant domicilium. Summatim dicam ex Aposto-
lo in 1. Tit. 2. v. 12. Vixit *in quibus rei dignitas & inobis*, illud,
erga Deum, istud erga proximum, hoc erga se ipsam. Ceterum an-
te aliquot menses morbus vel potius honestissimum Senium (est enim,
Sisenna dicentē, Senex quasi seminex) fœminam hanc laudatissi-
mam lecto penitus affixit. Nec tamen corporis infirmitas fortitudi-
nem animi minuebat, sed potius, ut cum Canonibus loqvar, augmen-
tabat. Ipsaqve crucis jugum sibi impositum patienti cervico
subibat, æquoque animo sustinebat, minime pares esse, cum *Apostolo*
& *Bernbaro* dictitans presentis temporis perpeffiones præterita
Culpæ, quæ remissa; præfenti consolationis gratiæ, quæ immiffa,
& futura gloriæ, quæ promiffa sibi esset, sustinuit. Medicam ta-
men imploravit opem Viri Nobiliffimi & Experimentiffimi Domini
GERLINGII Medicinæ Doct. & Practici feliciffimi, qui etiam omnia
morbum debellatura medicamina solertiffimè præscribens, id solici-
tiffimè egit, ut ægram à paroxiffimis morbidis qui Eam acerrimè la-
tescebant liberaret, & sublevaret. Quemadmodum autem sua sponte
consumptus ignis exstinguitur, & poma ex arboribus, si cocta sunt, de-
cidunt: ita senibus ut parvum vitam aufert ipsa maturitas. Attegit
Margaritis nostra terminum summum humanæ vitæ & LXXXVI.
annos implevit. Senectus præmium recte factorum censebatur.
De *Oreste* Memoriz proditum est, quod ob vindicatam Patris ne-
cem ad nonagesimum ætatis, LXX. vero Imperii annum processerit.
Nulli quoque dubitamus, quin tam longæva senectus, quam pau-
ciffimi hominum hoc seculo consequuntur ob eximiam virtutem &
ultimis temporibus probatam pietatem nostræ B. Matronæ, à Deo
T. O. M. concessa sit. Sentiens emigrandum esse animæ, summo
studio Deo uniri, ferebatur: Accersito itaque Viro Pl. Reveren-
do ac Clariffimo Domino HENRICO BECCERO, Pastore ad
Div. Jacob. fideliffimo, utpote Confessionario dexterrimo, Collegæ
nostro Conjunctiff. devotè, & grandi desiderio S. Sanctæ Syna-
xeos pariceps facta, ab Eodemque ad Mediatorem nostrum &
Mortui generis humani JESUM, & Sacro S. ejus Vulnera ablegata,
svaviffimis Consolationibus mirifice erecta est. Ultimò demum
instante

instante mortis articulo, ad venturæ fatali die XII. Mensis Cur-
rentis Decembr. hora 9. Matutina inter manus, lachrymasque Libe-
rorum & Nepotum Neptunq; piè placide ruente hoc terrestri & malè
fido tabernaculo, *αἱ τῶν ἱερῶν κἀναί πᾶσι*, ingressa est. Pene-
travit in portum æterna quiete placidum, & perfugium beatitudi-
nis obtinuit, nullo ultra formidolosæ mortalitatis fluctu, luctuqve
infectanda. Vos *Afflictißimi*, quos anxie conpungit ingens amissæ
Matris, Avia pientissimæ dolor, memineritis, non amissam, sed
præmissam, recedentem præcessisse, ut navigan-
tes solent. Desiderari eam, non desleri, ultra quam fas est debe-
re. Ferenda sunt pectore pio & mansueto quæcunqve divinitus
immittuntur dispendia. Quando autem suprema defunctæ Ma-
tronæ præstantissimæ, in conditorium hodie deportanda sunt sumi,
ut frequente, numero exequias veniatis, maximoperè à vobis,
Cives Academici omnium ordinum honoratissimi contendimus.
Inter eundem, & dum funus effectur, menti imprimetis illud
Bernardi lib. de form. hom. vit. Si quando affectus fueris
tædio, diligenter cogita, quomodo corpora deferantur
humana, quomodo componantur in tumulo, quomodo
pulvere contegantur, quomodo à vermibus vorentur, quo-
modo quasi saccus putrefactus Consumantur. Summa Tibi sit phi-
losophia, meditatio mortis assidua; hanc ubicunqve fueris, &
quocunqve perrexeris, tecum porta, & in æternum
non peccabis. Hoc agite, &
Valete.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS
die XX. Decembr. Anno 1703.

Conventus erit in Æde Jacob. S.





Zuliatē sibi metatē erant domicilium: Summa
 lo in 1. Tit. 2. 7. 12. Vixit in *Phoenice* *regi d'ng'ia*
 erga Deum, istud erga proximum, hoc erga se
 te aliquot menses morbus vel potius honestissim
Sistema dicentē, Senex quasi femine) foem
 mam lecto penitus affixit. Nec tamen corpori
 nem animi minuebat, sed potius, ut cum Canon
 itabat. Ipsaque crucis jugum sibi imposi
 subibat, æquoque animo sustinebat; minime par
 & *Bernardo* dicitans præsentis temporis p
 Culpæ, quæ remissa; præsentis consolationis g
 & futura gloriæ, quæ promissa sibi esset, susti
 men imploravit opem Viri Nobilissimi & Ex
 GERLINGII Medicinæ Doct. & Practici felicis
 morbum debellatura medicamina solertissimè p
 tissime egit, ut ægram à paroxissimis morbidis
 cessabant liberaret, & sublevaret. Quemadmo
 consumptus ignis extirguitur, & poma ex arbor
 cidunt: ita senibus ut parvum vitam aufert ip
Margenhe nostra terminum summum human
 annos implevit. Senectus premium recte
 De *Oreste* Memoria: proditum est, quod ob
 cem ad nonagesimum ætatis, LXX. vero Imper
 Nulli quoque dubitamus, quin tam longæ va
 cissimi hominum hoc seculo consequuntur ob
 ultimis temporibus probatam pietatem nostra
 T. O. M. concessa sit. Sentiens emigrandum
 studio Deo uniri, terebatur: Accersito Itaque
 do ac Clarissimo Domino HENRICO BEC
 Div. Jacob. fidelissimo, utpote Confessionario
 nostro Conjunctiss. devotè, & grandi deside
 reos pariceps facta, ab Eodemque ad Me
Morisy generis humani JESUM, & Sacro S. e
 svavissimis Consolationibus mirifice erecta e

Aposto
 illud,
 rum an
 st enim,
 datissi
 ritudi
 ngmen
 cervico
 Apostolo
 aterita
 mmissa,
 tam ra
 Domini
 omnia
 solici
 timela
 sponte
 ant, de
 Attegit
 CXXVI.
 ebatur.
 tris ne
 cesserit.
 m pau
 item &
 à Deo
 summo
 veren
 ore ad
 Collegā
 e Syna
 rum &
 legata,
 demum
 nstante

